Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26489
Copyright: Admont, Benediktinerstift

pam in senectutem conferunt · quod
non faciebat is cuius modo mencionē
fecimus · Ennius · Sicut fortis equus
spacio q̄ sepe supremo uicit olimpo nuc
senio confectus quiescit · Equi fortis &
victoris senectuti conparat sua quem
q̄dem probe meminisse potestis · Annū
enim Vigesimum post eius mortem hij
consules · Titus Flamineus · & M. Actili
us facti sunt · Ille autem Ennius Scipi
one & Philippo iterum consulibus mor
tuus est : Cum ego quinq: & sexaginta
annos natus legem uocaminam magna
uoce & bonis lateribus suasissem annos
septuaginta natus · tot enim uixit Enni
us ita ferebat duo que maxima uident
onera · paupertatem & senectutem · ut eis
pene delectari uideretur · Etenim cum
sepe complector animo · quatuor reperio
causas cur senectus misera uideatur :
Vnam q̄ auocet senes a rebus gerendis Al
teram q̄ corpus faciat infirmius · Tertiam